

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Davidis de Spina ... Manuale sive Lexicon pharmaceutico-chymicvm

Spina, David de

Francofurti ad Moenum, 1700

L

[urn:nbn:de:bsz:31-127465](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-127465)

Recent. ℥ii. Cort. Aurantiorum, Citri, an. recent. extim. ℥i. Cinamomi acuti ℥i℥. Facta brevi maceratione, abstrahantur in Balneo vaporoso destillando ℥iiij. Liquori huic spirituofo & fragranti (abjectis speciebus cum vini vappa, quæ in residuo remanet,) porro adde Vini Malvatici vel vini albi potentis ℥ij. Rosarum recent. sale condit. ℥iiij. Flor. Tunica recent. ℥ii. Cort. Aurantiorum, Citri, an. rec. Cinamomi acuti an. ℥j. Ac porro brevi maceratione factâ abstrahantur destillando in eodem Baln. vapor. ℥i℥℥. vel tres, quibus adde Sacchari Can. albiss. ℥iiij. Et sola ejusdem dissolutione, sine ulla coctione aut ebullitione paretur Julapium multis encomiis extollendum, ob ejus virtutes cordiales & roborantes, quas habet in morbis frigidis, Apoplexia, Epilepsia, Lethargo, Comite vigili, Paralyfi & Hydrope; Senum peculiare est restaurativum Spiritus eorum vitales excitando, roborando. - Al-lumendum in vino, quod gratissimum reddit, vel etiam alio in vehiculo grato. Vid. corp. ph. p. 483. b.

L.

Lapis Admirabilis.

℥. Aluminis ℥ij. Oli alb. Virid. aris an. ℥℥. ☐ alb. Lithargyrii, Oss. sepia, Cerusse, an. ℥iiij. Subtilissime contusa misce, evapora, & evadit griseus lapis. Vid. corp. ph. p. 61. b.

Lapis Bezoardicus Factitius ex Ephem. Cur.

Anno vij. Decur. i. v. g.

℥. Terra sigillata Bezoard. ℥i. Dviiij. Unicorn. fossil. C.C. Bezoard. sive Bezoard. Cervini an. ℥℥. Diiij. ☉ Diaphoret. fixi; Radic. Contrajerv. habuil. pp. an.

ana ℥viij. Misce fiat pulvis subtilissimus, qui cura
Maqisterio sol. ruta rec. parat. q. s. pro tingenda
 massa, & mucilage tragacanth. in ∇ *Bezoard.*
solus. in massam redigatur, ex qua postea formentur
 lapides figuræ ovalis, qui si bene siccati, in rota tor-
 natili poliuntur, similes erunt quoad superficiem ex-
 ternam Orientalibus; nec viribus ab illis longè di-
 stabunt. *Dos̄i ℥ss. ad ℥j. propinati.* Vid. corp. ph. p.
 85. b.

Lapis Butleri.

- ℞. *Salis ex capite mortuo Spiritus salis communis*
 Elixivati ℥j. Fluat in crucibulo igne satis forti,
 liquefactum effundatur super lapidem mundum.
 ℞. *Hujus refrigerati Salis ℥v. Primi Entis veneris*
 non educati ℥j. *Usnea ℥ss.* Misce & cum Muci-
 lagine Ichriocolla redigatur in massam, ex qua for-
 mentur lapilli sive trochisci. Helmontio dicitur
Lapis Butleri, & ab eo habetur pro medicamento
 universali, quod solo tactu, affricu vel linctu sana-
 re dicit omnem morbum internum. Vid. corp. ph. p.
 40. b.

Lapis Corrosivus sive Causticus

Alcalinus.

- ℞. *Calcis viva* p. j. *Cinerum Clavellator.* part. ij. Mi-
 sceantur & calcinentur in olla non vitteata per
 horas aliquot; tùm massam hanc calcinatam sol-
 ve in aqua paulisper ebulliendo, postea solutio-
 nem filtra per chartam, & evapora in vase ficti-
 li vel ferreo ad siccitatem; remanebitque sal,
 quod in crucibulo liquefiat, & coquatur ad hu-
 miditatis omnimodam evaporationem. Hinc
 massam in crucibuli fundo, sub olei forma exi-
 stens effundatur, & in vitro optimè clauso, no

ad aëris humido solvatur, fervetur. Poterit in particulas scindi & sic asservari. Lapidis hujus spicula salina, glandularum cutaneatum poris applicata, earundem fibrillas ducunt; unde liquores contenti stagnare coguntur, qui coagulati escharam constituunt, quâ separatâ, medicamento digestivi ope ulcusculum relinquatur, pro fonticulo apertum servandum, Vid. corp. ph. p. 40. b.

Lapis Corrosivus ex Argento.

℞. Luna capellata finiss. ℥ij. Aqua fortis ℥vj. Argentum in minutissimum scobem redactum solve in cucurbita; solutionem ad medietatem in arena abstrahere, ubi nil nisi phlegma prodit, remanente corrosivo cum Luna. Hoc factô pone cucurbitam in loco frigido, vel per se refrigerescere permitte, & in fundo remanebit massa salina, quam crucibulo magno immitte, ne materia coquendo & ebulliendo effluat. Tum crucibulum impone leni carbonum igni, donec non amplius attollitur materia, & ebullitio cessavit, sed in fundo manet & subsidet; tum auge ignem paulisper, & materia fluere incipiet, instar olei, hoc effunde, & dum adhuc paulisper calet, forma inde massulas pro intentione aptas, sic ad inurendos fonticulos, possunt rotunde formari, pro fonticuli magnitudine. Dimidiæ ferè horæ spatio potest inuri fonticulus; præterea carnem absumit superflua, modo caro corrupta tangatur tali lapillo. Servetur verò ut superior in loco sicco. Vid. corp. ph. p. 40. b.

Lapis causticus Timar.

℞. Calc. viv. ℥i℥. minii ℥℥. sap. fullon. q. s. cog. ad durit. lapid. in struma exteri ne uturp.

M m

Lapis

Lapis contrayervæ Londinensis.

℞. Magist. CC. cor. alb. rub. marg. succin. alb. lap. cancr. ana ℥ij. rad. contray. ℥ss. apic. nigr. chelar. cancr. ℥ij. omnib. rite pp. adde gelatin. viper. q. f. Globuli seu lapis foliis auri obduc. atque caute sicc. sunt qui addunt ambr. gryf. ℥i ss.

Lapis medicamentosus Crollii, sive Lapis

Salutis ex Schræd.

℞. Oli virid. ℥j. albi ℥ss. Alumin. ℥i ss. Anatron. id est, sel. vitri, Sal. commun. ana ℥iij. ☉ Tart. Absinth. Arthemif. Cichor. Persicar. Plantag. aa. ℥ss. Ponantur in olla vitreata, affunde parum aceti rosacei, ac coque ignem sæpè agitando, ubi incipit spissescere, adde Cerus. ℥ss. Bol. Armen. ℥iv. Diligenter misceantur omnia, donec vi ignis mediocris in lapidis duritiem massa concreverit, quæ postea fracta olla eximenda & ad usum reservanda. NB. Si gummata; Myrrham videlicet, & Thus addere voles, instituat coctio lenta, ne vis illorum in igne evanescat.

Virtutes ejus variæ sunt. Tollit ulcera & defluxiones, desiccatur vulnera inveterata, curat erysipelas, scabiem, tineam, serpiginem. *Modus utendi.* Liquefaciat ejus ℥j. in ∇ pluvial. mensura i. filtratur, filtratura hac utere, tum lavando, tum lintecolum imbuendo ac imponendo. Vid. corp. ph. p. 43. b.

Lapis Medicamentosus Job. Greiff ex

Schræd.

℞. Alumin. ℥iv. Vitrioli Ungar. vir. ℥ij. alb. Tartari Borrac. Mastich. Thur. Sal. * ana ℥j. Cerus. ℥vj. Bol. Arm. ℥iij. Crasso modo contusa coquantur in olla vitreata capaci, cum ☩ fortissimo, ut supra. Vel ℞. ☉ ℥j. Sal. nit. ℥ss. Cerus. Alumin. Bol. armen. ana ℥iv. Sal. Ammoniac. ℥ij. Omnia bene trita coque

quel. Δ cum \dagger ad eminentiam digitorum 2. afuso in olla satis capaci, donec omnia redigantur in lapidem durum. Vid. corp. ph. p. 43. b.

Lapis Salutis *alius ex Schröd.*

\mathcal{R} . Alumin. Myrrh. aa. \mathfrak{z} ij. Oli alb. Anatron. Ceruss. ana \mathfrak{z} ij. Thur. \mathfrak{z} j. Bol. armen. Erugin. an. \mathfrak{z} iv. Tere simul & cum \dagger q. l. coque ac coagula in lapidem. Vid. corp. ph. p. 43. b.

Lapis Medicamentosus *Le Mery.*

Pulverisato ac commisceto *colcotharis* vel *vitrioli rubri* in retorta post distillationem residui vel ejus vice *vitrioli ad rubedinem calcinati* \mathfrak{z} ij. cum *Lythargyri aluminis* & *boli* cujusque \mathfrak{z} iiij. inde hanc mixturam in retortam vernice illitam, huicque affunde *acetum optimum*, ad digitorum duorum super eminentiam; ollam obturato, ac stent illa in digestionem per dies duos, hinc adde *nitri* \mathfrak{z} viiij. *salis armoniaci* \mathfrak{z} ij. ad movenda igni est olla, ibique ad omnimodam humiditatis consumptionem relinquenda; massam residuam per horam unam igne valido adhibito calcina ac serva; optimum est remedium ad sistendas Gonorrhœas. Ejus \mathfrak{z} j. solvitur in *aqua plantaginis* vel *sabrorum* \mathfrak{z} viiij. inque virgam hæc mixtura injicitur; Valet etiam ad oculos in variolis abstergendos, ejus grana 7. vel 8. in *aqua plantaginis* vel *Euphrasie* solvenda, ut fiat collyrium; extra vulnere applicatus ejus hæmorrhagiam sistit, solvere etiam in *aqua centinodia* poteris, eademq; ferè præstabit, quæ præstare solet *aqua styptica*. Vid. corp. ph. p. 44. b.

Lapis medicamentosus *Amstelod.*

\mathcal{R} . *Vitrioli Romani* \mathfrak{t} ss. *Aluminis* \mathfrak{t} ss. *Vitrioli albi Tartari albi*, aa. \mathfrak{z} iiij. *Boli communis*, *Lapid. calammar.* aa. \mathfrak{z} ij. *Cerussa*, *Eruginis*, aa. \mathfrak{z} j. Subtilissimè pulve-

M m 2

pulve-

pulverisata cum s. q. aceti optimè ebulliant & coquantur, ad lapidis duritiem. Quoad vires; ut superior mundificat, siccat ulcera & fistulas; lymphæ corruptionem, & coagulationem præcauendo, ubi verò serum acrius est, & magis fluidum exilit, omittatur. *Vid. corp. ph. p. 44. b.*

Lapis mirabilis ex Schrædero.

℞. Si alb. virid. Sacchar. sn. Sal. nit. ana ℥i℥. Sal. * ℥i℥. Alumin. crud. ℥v. Camphor. ℥j. Minutissimè pulverisata misceantur cum Muria sive Brodio olivarum conditarum, ut fiat instar mellis. Coque, dein lente coagula in lapidem. Vires easdem obtinet cum lapidibus salutis prioribus. *Vid. corp. ph. p. 43. b.*

Lapis magnes arsenicalis.

℞. Antim. Hung. arsen. cryst. sulph. ana ℥iij. pulv. & m. & immitt. vitro quod arenæ impon. calenti ut liquef. instar cere, tum refrigerat. omnib. frangatur vitrum & massa eximatur & seruetur; externe usurp. in peste pro bubon. & carbunc. gestatur etiam loco amuleti. *Vid. corp. ph. p. 46. b.*

Lapis Nephriticus Hoffmanni.

℞. Sal. ononid. succin. vol. urin. vol. armon. septies sublim. lap. neph. natural. cali. hum. tart. vitr. sp. viur. coag. lap. cancer. pp. ana ℥ij. m. cum aqua & vase clauso in loco tepido coagula in lapidem; dof. à ℥ss. ad j.

Lapis Prunellæ, seu Nitrum præparatum
sive Anodynum minerale.

℞. Nitri purissimi ℥vj. Immitte cum crucibulo & igni imposito liquefiat; tum liquato reiteratis vicibus florum Sulphuris ℥j. injiciatur & sensim deflagretur, hoc factò effundatur massa liquefacta circum circa
fun-

fundum sartaginis mundæ ferreæ aut cupreæ; Tum frigidatum & in frusta divisum, aut ut artis pharmaceuticæ peritis notum est, in rotulas fasum, in vitro seruetur ad usum. Vid. corp. ph. p. 39. b.

Lapis Salutis D. Krafft ex Ephem. Cur.

Dec. I. Ann. vij.

℞. Oli Hungar. ℥ij. Anodini mineralis, Salis armen. ana ℥ss. S. i. Alum. crudi, ana ℥iv. S. Gemmæ ℥ij. Pulverifentur singula seorsim, ponanturque in olla nova vitreata satis capaci, ac eis affunde ad supereminentiam Spithamæ. Aceti flor. Sambuci, virid. cristinæti, aqua Saphyrina per urinam pueror. facta, ana s. q. Mixta coquantur leniter, spatulâ lignea frequentius agitando, donec spissescere incipiant, ubi circa finem adjiciatur adhuc Sacchari Saturni crystallisati & pp. ℥j. Lapis Vitrioli ℥ss. Milceantur probè, & materia in lapideam substantiam convertatur, ad suos usus reservandam. Et si opus rectè instituitur, lapis erit coloris viridifusci, aliàs, si diutius in igne permanserit, rubei coloris erit.

Vires hujus lapidis sunt insignes, in omni inflammatione, scabie, morphea, ulceribus putridis, modo in aqua appropriata, vel simplici solutus debite applicetur. Valet etiam in omni dolore arthritico Podagra, Gonagra, &c. Si in ∇a sperm. ranarum, omnium florum, vel anodyna alia solutus & filtratus liquor priùs calefactus, linteis duplicatis adhibetur. Vid. corp. ph. p. 45. b.

Lapis Attrahens Venenum.

℞. Venenum à Bufone annofo suspenso rejectum, Terra Lemnia, Gelatina viperarum paratum sepius insuccata ℥i. Formentur inde Lapides rotundæ lenticularis figuræ magnitudine unius grossi & classis dimidii minimi digiti; qui serventur in loco sicco. Hi venena-

nenatorum animalium moribus applicati; utri & bubonibus pestiferis, venenum extrahunt. Vid. corp. ph. p. 46. b.

Laudanum Opiatum *Phar. Nor.*

- ℞. *Extracti Opii* per Spir. vin. facti quantum opii sulphurati ℥j. fundit; adde *Extracti Castorei*, *Solutionis Corallor. Perlarum*, aa. ℥β. *Essentie Croci* ℥j. Tandem sub finem adjuuge *Olei Cinamomi*, *Caryophyllor. Citri*, aa. gutt. iij. Fiat massa instar *Extracti*. Vid. corp. ph. p. 688. a.

Laudanum Opiatum *Ludovici.*

- ℞. *Extracti Opii* per Spir. vin. facti ℥j. *Croci Cinnabar. nativæ*, aa. ℥β. Misce, hoc præstabit, inquit, quod Laudanum etiam quodvis pretiosissimum. Vid. corp. ph. p. 687. a.

Laudanum Opiatum *D. Dolci.*

- ℞. *Extracti Opii simpl. Cinnab. nativ. vel* ℥ii aa. ℥β. *Olei cinam. gutt. xij. Ambra opt. gr. iij. M.*

Laudanum Opiatum *Cydoniatum LeMort.*

- ℞. *Succi Cydonior. recenter expressi* ℥x. *Opii crudi* in taleolas minimas dissecti ℥ij. Stent in leni calore, ut fermententur per duas tresve septimanas, scæcibus postea subsidentibus liquor clarus effundatur, eique adde: *Cinamomi* ℥iij. *Caryophyllor. Macis, Nuc. Moschat. Cardamomi*, aa. ℥j. *Galangæ min.* ℥jβ. Detineantur ulterius in calore per duos vel tres dies, tùm liquor filtretur & levi igne evaporetur ad legitimam extracti consistentiam, quod servetur utui. Vid. corp. ph. p. 688. a.

Laudanum Camphoratum *Cranii.*

- ℞. *Opii leniter exsiccati & præpar.* ℥ij. *Castorei* ℥β. *Croci* ℥ij.

℞ij. ̄ ♀ i ℥vj. *Spir. vini optimi* ℥vj. Extrahatur
 successivis *Spiritus vini* affusionibus essentia, quæ
 filtrata exhaletur, ad consistentiam melleam, cui
 immisce leni calore, invicem trita; v. g. *Campbora*
 ℥ß. *Sacchari Hni, Succini albi* ppri ana ℥j. Ac tum
 calore saltem hypocausti sensim cum tempore in-
 spilletur ulterius ad usum. Vid. corp. ph. p.
 688. a.

Laudanum Opiatum *Zwvelfferi.*

℞. *Radicum Doronici, Galanga,* ana ℥iß. *Spica Indica,*
Cardamomi, major, ana ℥ß. *Zingiberis* ℥ij. gr. v. *Croci,*
Santali Citrini, Piperis longi, aa. ℥j. His confulis su-
 perfundantur *Spiritus vini rectificati* ℥iij. plus mi-
 nusve digerantur aliquamdiu; postea *Spiritus tin-*
ctus per filtrationem separatus adhibetur jam ulte-
 rius. ʒ. *Opii Thebaici* ℥iij. Quod frustularim concisum
 extrahe cum *Spir. vini* superius asservato; Post
 unius alteriusve diei digestionem extractionem
 per filtrum separa, novumque *Spiritus* relicto
Opio superaffunde, ut tota ejus essentia eliciatur;
 relictum ab *Opio*. Extracto crassamentum inutile
 rejice, & Extractions omnes in M. B. Extracti spil-
 sioris consistentiam abstrahe, cui adde *Salis Coral-*
lorum, Margaritarum, Succini albi præp. ana ℥ij. *Ligni*
Aloes opt. Gummosi pulverisati ℥j. *Pulv. Carda-*
nomi minoris ℥ß. *Cassia lignea vera* ℥iß. *Ambra* in
 oleis sublequentibus soluta ℥ß. gr. iiiiß. *Mofchi* in
 particula aquæ *Cinamomi* sol. gr. xxv. *Oleor. stillat. Ci-*
namomi ℥ß. *Caryophyllorum, Macis, Nuc. Moschat.*
 ana ℥j. Misce; fiat *Laudanum Opiatum*, omnibus
 ingredientium virtutibus, quantum fieri potuit,
 imprægnatum. Vid. corp. ph. p. 689. a.

Mm 4

Lau-

Laudanum Opiatum P. A. R.

℞. *Opii Thebaici* opt. ℥ij. *Succi radicum Hyoscyami albi*, inspissati ℥j. *Aceti rosacei* ℥iij. *Spir. vini rectif.* tantum, ut tribus digitis superemineat. Digerantur, sæpius in die agitando, ubi sic aliquamdiu steterint, filtrentur & abstrahatur Spiritus vini, lege artis, lento igne, ut in fundo vasis crassamentum remaneat; cui addantur *Coralliorum rubrorum*, *Margaritarum*, *Succini albi*, ana præparati ℥ij. *Essentia Croci Austriaci* ℥j. Misceantur. *Medix ejus parti* jungatur: *Moschi Oriental.* ℥ss. *Ambra grysea* gr. vij. Altera verò pars fervetur sine Moscho & Ambra. *Vid. corp. ph. p. 688. a.*

Laudanum aliud Opiatum Zuvelfferi.

℞. *Extracti Opii* prius correcti per exhalationem sui *Narcotici sulphuris* ℥j. *Extracti Croci* ℥vj. *Sulphuris Ferrioli Narcotici* rubicundi per præcipitationem, edulcorationem, dextrè parati ℥j. *Pulv. Succini albi* præp. *Ligni aloes ponder.* ana ℥vj. *Sem. Citri excortic.* ℥ij. *Magist. solub. Perlar. Oriental. Matris Perlarum, Corallior. rubror.* ana ℥iij. *Ol. Nuc. Moschat. expressi* ℥ss. *Stillatit. Cinamomi, Ligni Rhodii*, ana ℥j. prius cum *Essentia Citri Sacchar. n.* ℥j. permixtor. Misceantur & cum modico mellis *Anthosati* redigantur in massam bonæ consistentiæ; Cui, si placuerit, *Ambra & Moschus* admisceri possunt. Est singulare remedium genus, in mitigandis doloribus acutissimis totius corporis. Microcolmic Corroborat, Cerebrum confortat, & sudorem promovet. *Dosis* ℥ss. in forma pilularum vel cum liquore quodam solutum. *Vid. corp. ph. p. 693. a.*

Extract.

Extract. Opii Laudanum dictum

Le Mery

℞. Opii optimi in taleolas concisi ℥iij. matraccio inde, aqua pluvia probe filtrata pintam unam affunde; obtura matraccium, eoque arenæ imposito ignem subtus adhibeto, ut liquor per horas 2. ebulliat, hanc calidè colato: ac in lagenam effundito.

℞. Opium in aquæ pluvie minimè solutum residuum; hoc in patina igne lento adhibito exsicca, eoque postea matraccio indito *Spirium vini* ad quatuor digitorum eminentiam affundito, matraccium obturato materiamque lento cinerum calore per horas 12. digere, liquorem deinde cola, non nisi terra glutinosa restabit, quæ tanquam inutilis abjicienda. Seorsim utramque Opii solutionem in vasis terreis vel vitreis igne arenæ ad mellis consistentiam evapora, hinc misce, mixturamque lentissimo igne ad pilularum vel extracti solidi consistentiam exsicca.

Medicamentorum hypnoticorum omnium tutissimum est, dolores omnes à nimia humorum subtilitate oriundos sedat, adversus dentium dolorem denti applicatum, vel Emplastri forma arteriæ temporali impositum confert; eo utuntur ad sistendum hæmorrhoidum, dysenteriam, hæmorrhoidum, mensiumque fluxum, contra dolorem colicum, humorum acrimm ad oculos defluxum, rheumatismum & torminosos dolores omnes, exhibetur à grano dimidio ad grana tria ex conserva convenienti vel julepo dilutum. *Vid. corp. ph. p. 689. a.*

Laudanum Opiatum Mins.

℞. Opii Thebaici spagyricè præp. ℥ij. Succ. flor. papav. errat. inspiss. ℥j. Rad. Cynoglossæ, Mumia
Mm s trans-

transmar. Steyrac. Calamit. Succ. Glycyrrhizæ, Croci Orient. an. ℥℔. cum Spir. vini extrahæ tincturam eujulque seorsim, præter Opium, quod vel aceto destillato vel Suc. Citri extrahendum; postea tincturæ extractiones in lentissimo Balnei calore ad spissitudinem mellis abstrahe & adde: Ext. lap. Bezoar. Or. Sulph. anodyn. vitrioli, an. ℥ij. Sal. Margarit. Orient. Corallor. rub. an. ℥j. Corn. Alcis Hermetice calc. Off. de Cord. Cervi, Succini alb. præp. an. ℥℔. Ambra grysea ℔. Moschi laudat. ℔℔. Omnibus exactè incorporatis & mixtis adde Auri potab. nost. ℥℔. Ol. Chamomill. Rom. Aurantiorum, Caryophyllor. Absinthii, Nuc. Moschat. Anethi, Citri elect. Anisi. Carvi, an. ℔℔. Denuò misce, & ex his secundum artem Chymicam fiat massa pilularis seu Extractum. Vid. corp. ph. p. 695 a.

Laudanum Cæsareum sine Opio

Zyvelseri.

℞. Auri Sclopetici ritè per præcipitationem parati, vel ejus loco Croci nostri Solis ℥℔. Cui cucurbitæ parvæ immisæ superaffundatur: Tinctura n. Antimonii Appendice n. ad animadversiones pag. 84. edoctræ ℥j. Fiat digestio aliquot dierum spatio in Cineribus, ac tandem fixatio, humiditate apposito capitulo parvo leniter prius abstracta: Residuo pulveri porò tantundem Tinctura Antimonii superaffundatur, & uti antea in cineribus digerendo & tandem humiditatem leniter abstrahendo, non nihil figatur. Huic auro essentificato instilla Olei Cinnamonii optimi & non adulterati ℥ij. Diu multumque in mortario vitreo subigendo & terendo, antequam reliqua adjiciantur & immisceantur ingredientia, utpote Extracti ligni aloes seu resina ejus juxta n.

LAUDANUM. LIQUOR. 555

ꝛa n. deſcript. parati ꝛß. prius cum *Sem. Citri ex-*
cortic. ꝛij. probè ſubacti, *Extracti Croci Auſtriaci*
 ꝛij. *Ambræ gryſeæ opt.* ꝛiß. vel ꝛij. prius cum ſem.
 Citri etiam excort. ꝛß. probè ſubactæ, *Mofch.*
opt. Oriental. ꝛß. cum. ſ. q. *Aquæ flor. Arantiorum*
 ad pultis formam ſoluti, & *Effentia Citri Saccha-*
rina n. ꝛj. permiftorum, *Ol. nucis Moſchat. expreſſi*
 ꝛiß. cum *Effentia Arantiorum ſacch. n.* ꝛvj. etiam
 permifti *Magiſt. ſolub. n. Perlarum Oriental. Co-*
ralliorum an. ꝛij. *Mellis noſtr. Citrati q. ſ.* pro
 maſſa efformanda. Fiatque Laudanum non ſa-
 tis laudatum: nec diffido, quin omnes, qui arte
 componendi ac præparandi medicamenta imbu-
 ti, ſuum huic medicamento ſint contributuri cal-
 culum.

In omnibus infirmitatibus Cordis & Cerebri, ubi con-
 fortationis neceſſitas id poſtulat, longè eſt ſaluberri-
 mum. Vid. corp. ph. p. 693. a.

Laudanum Minerale Minsichti.

ꝛ. *Sulphuris Anodynæ Vitrioli correcti & fixi* ꝛij. *Mag.*
Perlar. Or. Ext. Lig. Aloes ꝛiß. *Croci Or. an.* Dj.
Lap. Bezoard. Or. Unicorn. animal. an. gran. xv.
Ol. Caryophyllorum, Cinamomi, an. ꝛß. *Milc. &*
 cum *Succ. è flor. papav. errat. f. l. a.* maſſa molli-
 uicula.

Anodynum eſt præſtantiffimum, & ad ſomnum conci-
 liandum accommodatiſſimum, nec non ad catharrum
 fiſtendum, Coryzam, Tuſſim, alioſque hiſ ſuccenden-
 tes affectus valet. Vid. corp. ph. p. 696. a.

Liquor Acidus Perlarum Orientalium

Minsichti.

ꝛ. *Aceti à ſolutione Margar. Orient. in B. M. iterum*
 ab-

abstracti ℥ij. Sp. *Vetrioli* cum Spir. vin. debite re-
ctif. ℥j. Misce & accipies liquorem subalbidum,
miræ operationis, quem thesauri instar ad usum re-
pone.

Caput, Cerebrum, Stomachum, Cor, Epar, & cætera
membra principalia corroborat: Ab Apoplexia, Epi-
leptia, Vertigine, Leptra, Lue Venerea, præservat.
Vid. corp. ph. p. 60. b.

Liquor Acidus Corallorum rubeorum
Minschri.

Eodem quoque modo fons acidus corallorum præ-
paratur ad Capitis affectus, Epilepsiam, Melancholi-
am, Dysenteriam, Uteri Hæmorrhagiam; nec non ad
sanguinem, & Stomachum rectificandum, morbosque
internos radicatus evellendum, & Spiritus animi re-
creandum, medicamentum admodum illustre.
Dosis à ℥ß. ad ℥j. & ℥ß. in vehiculis specificis. *Vid.*
corp. ph. p. 60. b.

Liquor sive Oleum & Saccharatum
Le Mery.

Partes æquales *Antimomi* & *Sacch. candi* pulverisa,
misce mixturam, inde retortæ vitreæ capaci, ita ut
materia non nisi 3. ejus partem occupet, retortam
arenæ impone, eique adaptato excipulo, tentus ignis
abhibeatur primis horis, ut phlegmatica extiller a-
qua; cumque egredientur primò guttæ rubræ, adji-
ce tanquam inutile quod in recipiente reperies; eo-
que iterum adaptato, commissuras lato agglutina,
ignisque parumper augeatur, sed cautè; alias enim
materia rarefit, ac insubstantia in excipulum extil-
lat, ita, ut iteranda veniat operatio: ignem conti-
nua, donec nil amplius egrediatur.

Hic

Hic liquor improprie dicitur oleum Antimonii, liqui-
dem nil aliud est, præter spiritus sacchari, imprægna-
tus Sulphure Antimonii, utilis ad ulceta abstergenda,
ad lichenas & prurium. Si acrius sit, temperari potest
aquâ mellis additâ. *Vid. corp. ph. p. 55. b.*

Liquor *siue* Butyrum Arsenici.

℞. Pulveris Arsen. fixi q. v. dissolvatur in cella per
deliqu. Conducit venenatis ulceribus in lue vene-
rea, cancro, serpigine, ani fistulis, morfu canis ra-
bidi.

Ulus ʒo Arsen. illius (vel pulveris) tantum in ∇ *plan-
tag.* vel *persic.* solvitur, ut mixtura ipsa gustu linguæ
tolerari possit. Aqua illa lavetur ulcus. *Vid. corp. ph.
p. 57. b.*

Butyrum aliud Arsenici.

℞. Butyri Arsen. ʒj. ʒo Myrrh. ʒij. Misc.

Liquor Arthriticus *Minsichti.*

℞. Mellis virginiei cum favo ℥ij. Oli ad flaved.
calc. ℥ij. Silicium sluv. calc. ℥ss. Rosmarini, Ver-
bena, an. ʒvj. Hermodact. alb. ʒiiij. Gum. Ammo-
niac. Mastiches, Olibani, Myrrha rub. Bdellii, Opo-
panac. an. ʒij. Sulphuris Citrini, Salis marin. ʒi
alb. an. ʒiss. Succ. Hyoscyami inspiss. Mumia trans-
marin. Opii Thebatici an. ʒj. Mixtis affunde Sp.
vini & fecibus vini rub. vel è confectione Laudani
opiat. residui ℥v. vel q. l. & digerantur per ali-
quot dies; postea per alembicum vitreum bene
luratum, addito satis magno capitello, cum re-
cipiente capaci, secundum gradus, quamdiu vi-
des guttas, seu Spiritus exire, destillentur, deinde
frigeant. Caput mortuum seu feces pulverisentur,
illique destillatum, liquorem de novo affunde &
secun-

secunda vice destilla. Hinc labor tertia vel quarta vice repetendus, & sic liquor Arthriticus verè paratus est. In omnibus diuturnis & inveteratis doloribus, & defluxionibus membrorum & juncturarum, secretum est: Inungatur autem locus affectus aliquoties in die tepide, certis tamen intervallis, donec cruciatus & dolores omnes cessent. Vid. corp. ph. p. 61. b.

Liquor Camphoratus *Minschii*.

℞. Spir. vini Camphorat. ℥ij. Aq. omnium florum, Sperm. ranar. ℥i℥. Sulphuris anodyn. Olei ℥j. Styrac. liquid. Opii Thebaici, Spirit. vitrioli an. ℥℔. Misce & ad usum reponere. Cum Petiis loco affecto applicetur: Arthriticos enim dolores à causa calida ortos, egregiè sopit. Interim bis in die agro Nitri præp. ℥j. in aq. florum Sambuci offerantur. Vid. corp. ph. p. 62. b.

Liquor Cephalicus *Minschii*.

℞. Aq. Apoplectic. nost. ℥iiij. Epileptica, Lilior. convall. an. ℥iiij. Majorana, Betonica, Salvia, an. ℥i℔. Ros. Diambre ℥j. Conf. Smaragdina. ℥℔. Sal. Succini alb. ℥j. Fideliter misce & ad usum reponere. Vid. corp. ph. p. 62. b.

Liquor Cerussæ *Minschii*.

℞. Cerussa vera ℥j. Nihil. sicci ℥℔. Lap. Calaminaris, Lithargyrii, an. ℥ij. Tutia præparat. Spodii, an. ℥j. Subtilissimè pulverisatis & mixtis affunde Aq. Sempervivi domest. Plantaginis Rosarum rub. an. ℥iiij. Denudè misce & ad usum reponere.

Externè membra tumore, rubore & inflammatione aliqua infestata refrigerat, & desiccatur, dolores sedat, oculorum lippitudines curat, citrinæ faciei totiusque

cu-

cutis maculas abstergit, formam hominis vividam, & nitentem reddit. Usus ejus in crebra per singulos dies adhibitione consistit.

Liquor Cordialis *Minsf.*

℞. *Aq. Cordial. frig. & calide nost. an. ℥i v. Cinamomi Buglossat. Ex corde Cervi an. ℥j. Conf. Alkermes ℥ij. Sal. Perlarum Orient. Coralloꝝ rub. an. ℥j. Mixta edulcorentur Man. Christi simpl. ℥i℔. & ad usum referventur. Vid. corp. ph. p. 63. b.*

Liquor Diaphoreticus *Minsf.*

℞. *Aq. Theriacal. nost. ℥vi. Sp. Tartari aliquoties rectif. ℥iij. Terra sigillat. per se destillat. rectif. Lig. Guajaci rectif. Liq. Acidi perlar. Orient. Acidi Coralloꝝ rub. an. ℥℔. Misc. & in vitro clauso per tres aut quatuor septimanas probe digerantur, postea liquor filtratus ad usum fervetur. Omne Venenum à Corde per sudorem expellit. Vid. corp. ph. p. 63. b.*

Liquor contra Gangrænam *D. Dolai.*

℞. *Urin. human. putrefact. ℥j. Spir. vin. Camphor. ℥vj. Flor. ❄ci cum Vitriolo sublimat ℥i℔. M.*

Liquor Lithonripticus *D. D. Z.*

ex Th. Hoffm.

℞. *Tartari crudi pulverisati ℥i. Lapid. Judaic. Lyncis, spongia ocul. ℞. Crystall. an. ℥i℔. Reverbera invicem per aliquot horas, ut fiat instar cretæ, inde cucurbitæ, affunde ❄. f. q. digere per 4. septimanas, decanta, filtra, abstrahe per MB. & residuum solve per d. solutum cum Spiritu vini digere.*

N. ad eundem modum & Liquor. Cordialis D. D. I. M. parati potest, ex ocul. cancr. Margarit. Coralloꝝ.

La.

*Lapid. Perclarum. Ebor. & CC. solut. cum Sp. Ois & de-
mum Sp. Vini circulat. Vid. corp. ph. p. 51. b.*

Liquor Mercurii Acetolus Mins.

*℞. Vitrioli alb. Camphora an. ʒʒ. Mercurii sublimat.
Cerussa, Tartari alb. Aluminis ust. an. ʒij. Nihili alb.
ʒʒ. Misc. & f. pulvis. ℞. Hujus pulveris ʒʒ. Aceti
vini opt. ʒiv. Denuo mitce & ad usum repono.
Utimur eodem modo, præcedentibus tamen cor-
poris mundificationibus, ad omnes Impetigines &
Lichenes perfectè sanandas. Vid. corp. ph. p.
63. b.*

Liquor Mercurii Saccharatus Mins.

*℞. Aq. Plantaginis, Rosarum, an. ʒiv. Cerussa ʒj. Mer-
curii sublimat. Sacchari cand. alb. Spir. vini opt. an.
ʒʒ. Milce & adde aq. fort. ʒj. & signetur Flechten-
Wasser.*

Impetiginem & Lychenes omnes etiam contumacis-
simas curat. Antè usum autem semper moveatur, &
cum penicillo liquori intincto tangatur locus affectus.
Vid. corp. ph. p. 63. b.

Liquor ☿ Sublimatus

*℞. ☿ q. v. digere in Phiala vitrea calore mediocri,
☿ (40) hinc solve per deliquium. Curat ulcera &
vulnera maligna instillatus. Vid. corp. ph. p.
52. b.*

Liquor Mercurii vivi Mins.

*℞. Mercurii vivi. aq. fortis, an. ʒj. Solvatur Mercurius
in aq. fortis, & solutis adde Aq. Plantaginis ʒij. Lap.
Medicament. cum aq. Rosar. fact. Misc. & ad usum
repono.*

Liquor hic Mercurialis subalbidus in partibus
corporis exterioribus, omnes defluxiones, omnia
que

que ulcera & vulnera antiqua, præsertim vetera aphrodisiaca sordida desiccant & cicatrice tegit. Morphæam, faciei furfures, pustulas & maculas curat & abigit. Insuper ad exsiccanda Erysipelata, & sanandas fistulas, remedium est singulare. In applicatione autem cave, ne oculos aut dentes attingas. Vid. corp. ph. p. 64. b.

Liquor cornu cervi succinatus *P. A. R.*

ꝑ. Sal. vol. succin. rectific. q. l. solve in aq. font. adde sal. vol. CC. donec non amplius efferv. tunc liquor hic sensim coaguletur & siccetur, postea recipe salis hujus ℥ij. aq. ceras. nigr. ℥ij. solve & serva in Epith. usurp. Vid. corp. ph. p. 49. b.

Liquor cornu cervi succinatus *Michaelis.*

ꝑ. Sal. succin. vol. CC. vol. ana dissolve in spir. CC. rectific. tum post digest. destillando evocatur liquor. Vid. corp. ph. p. 49. b.

NB. Eodem modo eum parat Etmüllerus, cuius etiam inventum est.

Liquor Mercurii diaphoreticus *Schræderi.*

ꝑ. Merc. sublim. puriss. q. v. tere & solve p. d. super tabul. ferreis stanno obd. liquori aff. sp. vini f. destillatio cohobis toties repetitis donec sp. vini acetate incipiat, tandem abstrahere leniter sp. vini manebit, que in fundo oleum merc. dulce. Vid. corp. ph. p. 57. b.

Liquor Mercurii Jovialis *Schræderi.*

ꝑ. Merc. crud. Jovis ana ℥ij. f. amalgama, huic adde merc. aliquoties sublimati ℥iv. trita solv. p. d. liqu. digere cum sp. vini. per mensem, postea abstrahere sp. vini in igne leniss. in M. B. ne ol. simul ascendat f. cohobatio 4. vel 5. ultimo remanebit in fundo ol. merc. Jov. intrinsecus & extrinsecus usurp. Vid. corp. ph. p. 57. b.

N

Liquor

Liquor Mercurii præcipitati Schræderi.

℞. Merc. per aq. fort. præcip. q. v. aff. sp. vini opt. digerè
& cum acer factus fuerit, decanta, hinc affunde ali-
um donec acrimonia sublata & calx attenuata sit,
tunc affunde acetum destillatum, digere, decanta,
affunde novum acetum dest. idque toties, donec totus
pulvis in acetum dest. abierit, abstrahe acetum de-
stillatum, pulveremque reponè in cellam ad lique-
scendum cum aqua chelidonia. Vid. corp. ph. p. 56. b.

Liquor Nephriticus Minschzi.

℞. Aq. è citreis malis per se in B. M. destillat. Nephritica
ca. nost. ana ℥ss. Syr. è succ. Violarum ℥j. Sacchari
candi alb. ℥j. Sal. Lap. percarum pisc. ocul. cancri, ana
℥ij. Nitri cum flor. Sulph. præp. Sal. Succini alb. ana
℥j. Ad frangendum & expellendum Renum & ve-
sicæ calculum, urinam ciendam, doloremque inde
natum sistendum, efficacissimus est. Dosis manè je-
juno ventriculo, vel longè à cibo à cochl. j. ad ij.
& cochl. iij. per se absque vehiculo. Vid. corp. ph. p.
64. b.

Liquor Nitratus Mins.

℞. Aq. è succ. card. bened. destillat. ℥xix. Rob. Ribium ℥iv.
Man. Christi simpl. ℥ij. Nitri præp. ℥j. Miscè accuratè
& ad ulum reponè. Est insigne Diaphoreticum,
Diureticum, Bezoardicum, refrigerans, &c. in
omni astuante morbo & malignitate quacunq;. Do-
sis per se ab ℥j. ad ij. & iij. Vid. corp. ph. p. 64. b.

Liquor Nitri fixi.

Fit, si nitro in crucibulo fortissimum ignem ferènti,
liquefacto per vices tamdiu injiciuntur carbones pul-
verisati, donec hi non amplius cum nitro consistantur,
& desuper comburuntur: Sic evadit nitrum
fixum

fixum plane alcalifatum; hoc tabulæ vitreæ impo-
situm & in loco frigido humido positum deliquescit in
liquorem nephriticum insignis effectus. Vid. corp.
ph. p. 47. b.

Liquor Ophthalmicus Subalbidus *Misf.*

℞. *Aq. Ophthalmic. de cancro* ℥℞. *Euphrasia, Fœniculi, ana*
℥ij. Tröch. & pul. Ophthalmic. nost. ana ℥j. *Misc. & f.*
l. a. Collyrium subalbidum. Vid. corp. ph. p. 61. b.

Liquor oculorum cancrorum.

℞. *Ocul. cancr. erud. m. pulv. cum ol. tart. p. d. diger. cal.*
M. B. p. 10. d. & n. in phiala coagulato aff. sp. vin.
st. in dig. p. al. d. & n. & eff. imprægn. spir.

Liquor Pectoralis *Minschti.*

℞. *Aq. Cinamomi Buglossat. Caponis, ana* ℥iv. *Pulmon.*
vituli, Hedera terr. Veronica farfara, ana ℥ij. *Lact.*
Sulphuris ℥ij. *Flor. Sulphuris* ℥℞. *Mag. Corallorum*
rub. ℥j. Perlar. Orient. ℥℞. Milce & cum Man. Christ.
simpl. ℥ij. edulcora & ad usum reserua.

Mirabiliter asthmaticos, Peripneumonicos, Phthisi-
cos & Hæcticos juvat. Dosis manè, meridie & vesperi
à cochl. j. ad ij. Et priusquam ad usum medicum adhi-
beat, diligenter moveatur. Vid. corp. ph. p. 65. b.

Liquor Refrigerans *Minschti.*

℞. *Aq. è succ. Cichorei destill. Rubi Idæi, Card. bened. Ro-*
sar. Endivia, Acetosa, ana ℥iv. *Rob. Ribium & Berber.*
sine Saccharo parat. Syr. acetos. Citri ana ℥ij. *Nutri*
prep. ℥xi. Misc.

In morbis æstuantibus, febribusque acutis &c. insigni-
ter refrigerat, atque confortat. Dosis ab ℥ij. ad ℥iij.
pro una vice. Vid. corp. ph. p. 65. b.

Liquor Silicum *Glauberi.*

℞. *Silicum calcinatorum & pulverisatorum misce*
N n 2 cum

cum Θ Φ i an. & simul probè calcinentur; ac in loco humido frigido liquefiant in liquorem.
Præbet insigne Diureticum & Nephriticum à gutt. vj. ad \mathcal{D} j. Sumi debent silices molles, qui facillè cultro atteri possunt, & qui ferro allisi, scintillas non emittunt. Vid. corp. ph. p. 47. b.

Liquor Silicum prout eum describit
Le Mery.

\mathcal{R} . Partem alteram tuorum silicum, cum Cinere clavellato calcinatorum, hancque in vase vitreo plano aëri cellæ viniariæ expone, solvetur in liquorem aquæ communis instar limpidum, quem filtrabis & servabis. Diureticus dicitur hic liquor ex liquore cotinienti exhibetur à gutt. vj. ad xxv. Si anaticæ permisceas huic liquori Spiritum aliquem acidum corrosivum, fiet in momento, velut quidam lapis. Vid. corp. ph. p. 47. b.

Liquor Stipticus prout eum tradit Le Mery.

\mathcal{R} . Colcotharis vel vitrioli rubri in retorta post Spiritus extractionem residui Aluminis usti & Sacchari candidi ejusque grana 30. urina impubis personæ & aqua rosacea ana \mathcal{L} ss. aqua plantaginis \mathcal{Z} ij. diu omnia hæc in mortario simul agitato, hinc mixturam in phialam effunde, effundendus per inclinationem erit liquor cum eo uti cupies. Si duplicatum linteum hac aqua imbutum arteriæ sectæ applicetur, ac manus desuper teneatur, sanguinem sistet, eoque madida turunda in nasum introducta hæmorrhagiam sumpta intus sistit hæmoptysin, fluxusque dysentericos, hæmorrhoidum & mensium; Exhibetur à gutt. 10. ad 20. ex Centinodiæ aqua. Vid. corp. ph. p. 49. b.

Liquor

Liquor Stipticus, quem tradit Gottschalck
de Ossium generatione & corruptione.

℞. *Limatur. Chalybis, Olei vitrioli, ana ℥℥. Lapid. Hamatit. Fuliginis, cacabo æneo adnatæ, ana ℥iv.* Modus parandi hic est, scil. *Limatura chalybis* solvatur in *oleo vitrioli*, postea immisceantur reliqua, adde *aquæ puræ* pintam iß. in qua *Alumin. vulgar. ℥ij.* sunt solutæ.

Qui hac aqua instructus est, omnes pulveres hæmostaticos flocci facit inquit. Vid. corp. ph. p. 50. b.

Liquor, Atramentum Sympatheticum
constituens *Le Mery.*

℞. *Calcis ℥j. Auri pigmenti ℥ß.* Pulverisa & misce; mixturam matraccio inde, & *aquæ ℥v. vel vj.* ei affundito, ad 3. scilicet digitorum supereminentiam, matraccium obtura, subere, cerâ & vesica: per horas 10. vel 12. igne arenæ lento digere, matraccium subinde agitando: hinc refrigerescere permittit matraccium, liquor instar aquæ communis limpidus erit. *Suber* combure, hinc in *aqua vitæ* extingue, postea in sufficiente *aqua* solve, in qua solutum fuerit paucum *gummi arabicum*, ut fiat atramentum vulgari minus atrum, separandum est suber, quod ligari non poterit, novumq; imponendum, ut prius, si non satis atrum sit atramentum. Habeto *impregnationem Saturni, aceto destillato factam*, ut supra descripta est, debet esse ea limpida instar fontanæ aquæ, vel eam Saturni quantitatem sume, quam quantitas aquæ continere poterit, scribe in papyro pennâ novâ huic atramento immersa, nota locum, in quo scripseris atq; sicari permittit, nihil apparebit. Desuper scriptura in visibili scribe pennâ immersa atramento ex subere combusto supra descripto,

& sicari permittit, quod scripseris apparebit non secus ac si vulgari atramento scriptum esset. Imbuatur gossypii parum primo liquore, ex calce & auripigmento facta, sed requiritur, ut requieverit, & limpida facta sit, affice mox gossypio illo locum scriptum, quod apparebat, mox disperebit, eodemque tempore apparebit, quod non apparebat. Vid. corp. ph. p. 58. b.

Liquor Tartareus *Minschii*.

℞. Vin. rben. opt. ℥i. tart. vitr. ʒi. mixt. & dissol. adde aq. hord. cum pass. min. & cinam. coct. syr. è succ. viol. ana ℥ss. M. Vid. corp. ph. p. 65. b.

Liquor Tartari spleneticus *Schræderi*.

℞. Tart. crud. nitri ana ℥ss. M. & in crucib. deton. aff. aq. fervent. ℥iv. diger. in loc. cal. p. 6. d. & n. quotidie agit. col. & colat. lixiv. adde tart. ℥j. dig. ulterius p. d. 8. filtra & serva in obstr. lienis & mens. Vid. corp. ph. p. 49. b.

Liquor Talci sine ϕ per deliquium ex *Schrædero*.

℞. Talc. optimè calcinatum, calcinatione 1. 2. vel alia. F. Extractio cum acet. destill. filtra & coagula. Edulcora & depone postea ad liquefcendum in cella. N. Alii progrediuntur ulterius atque ϕ cum Spir. vin. circulant. abstrahuntque aliquot cohobis. Vid. corp. ph. p. 48. b.

Liquor Talci S. *Closs. ex Schræd.*

Talcum in pollinem terendum est, id quod fit quatuor modis, vel enim Talcum exfoliatum calculis fluvialibus integris permiscetur, sacculo oblongo includitur, & ministerio duorum hominum successivis vicibus agitatur fortiter, vel lapidi pumici continue affricatur, pulvisque decidens colligitur, qui tamen minus sance-

sincerus est, vel in mortario calientissimo contunditur.

Ego illud longè facilius beneficio *Limæ lævigatoriæ aurifabrorum* in scobem attero, cujus ꝥß. confundo cum ꝥj. *Sal. Tartari*, ac in furno venti per hor. xii. calcino, calcinatum repono in cella, quod liquefcit se-
paro à non liquefcente, calcem hanc siccata[m] denuò calcino, in tigillo, Δ vehementissimo cum 4. part. *Sal. nit.* Ita *Talcum* colliquabitur in massam albam pellucidam, quæ in cella reposita defluit in liquorem glutinosum, qui lentigines & maculas faciei delet, cutem dealbat, verum non diu relinquendus est liquor, sed aq. *florum fabarum nenuph.* &c. abluenda facies est, ne *Epidermitem* arrodat. *Vid. corp. ph. p. 48. b.*

Liquor sive Oleum Tartari per deliquium fit,

Si *Litus* in furno figulino calcinatus, elixiviatu[r] & exinde ☉ ☽ acquisitum & pulverisatum in lamina vitrea vel ferrea in cella ponitur, & in liquorem defluere permittitur. *Vid. corp. ph. p. 47. b.*

Liquor Tutie *Minsichti.*

℞. *Tutie preparata, Lithargyrii, Cerussa, Camphora* ana ꝥj. *Aluminis crud.* ꝥß. Omnibus diligenter mixtis adde *Aq. Plantaginis, Rosarum,* ana ꝥiv.

Iterum misce & ad usum communem repone. Partes corporis exteriores consimiliter refrigerat & exsiccatur; propterea omnibus inflammationibus, tumoribus, &c. conducit. *Vid. corp. ph. p. 65. b.*

Liquor Vestimentalis *Minsichti.*

℞. *Aq. fontana* ꝥßj. *Cineris clavellat.* ad quantitatem *Nucis Jugland. major. Malorum Citriorum* minutim incit. No. j. Misc. & stent in digestionem per 24. horas, postea filtra & liquorem clarum ad usum reserva.

Omanes sordidas, oleosas & quasi piceatas maculas, tam ex pileis quam vestibus, vel sericis, laneis, lineis, aut bombycinis, in puncto eluit atque tollit. Remotis autem maculis, locus purus aquâ dulci confestim & ex tempore abstergendus est. *Vid. corp. ph. p. 66. b.*

Liquor Vitriolatus Minsichti.

℞. *Syr. Violarum* vel *Rosar.* ℥℥. *Succ. Citri* vel *Limonum* ℥iv. Diligenter misce & mixtis addè: *Aq. Endivia* ℥x. *Acetosa, Rosarum,* ana ℥viii. *Nymphaea, Scabiosa,* ana ℥vj. *Cinamomi Buglossat.* ℥ij. *Sp. vitrioli* q. s. ad gratam acetositatem. Denuo misce pro usu.

In peste, morbo Ungarico, febribus ardentibus, catarrisque inflammationibus omnibus, sitim egregiè sistit. Corpus aridum jucundè humectat, & suaviter refrigerat. Dosis ab ℥ij. ad ℥iij. *Vid. corp. ph. p. 66. b.*

Liquor Nectar Vitrioli Minsichti.

℞. *Sacchari albi cand.* ℥x. *Spir. Vitrioli rect.* ℥ij. *Misc.* & in vase vitreo obturato, adversus incidentium muscarum & fordium injurias per aliquot menses reponet, usque dum materia nigra, picis instar, appareat; postea ℞. *Pultis hujus nigri* ℥iv. *Aq. rosar. fragrantiss.* ℥℥. *Mentha crisp.* ℥℥. *Cinamomi Bugloss.* ℥vj. *Syr. acetosif.* *Citri* ℥iv. *Man. Christ. simpl.* ℥ij.

Ad ventriculi intemperiem, tam frigidam quam calidam valde commendatur, ejus enim vires languidas & resolutas recreat. Appetitum excitat. A putredine vindicat. Febribus malignis confert, & sitim vehementer sedat. *Vid. corp. ph. p. 66. b.*

Liquor Vulnerarius Minsichti.

℞. *Rad. Galange min. Zedoaria, Oculorum cancri, Macis,* ana ℥℥. *Mumia transm.* ℥j. *Nuc. vomic. gran.* xv. *Crassiusculè* contusa infund. in vini generosi ℥℥. stent in loco tepido. De

De hac mixtura Dosis manè & vesperi cochl. j. adeò efficaciter operatur, ut si quid infixum in profundo corporis hæreat, illud propellat: sed in vulneribus capitis nux vomica omittatur. Vid. corp. ph. p. 665. b.

Liquor Volatilis Oleosus P. A. R.

℞. Cinam. acuti ℥ij. Caryophyllor. aromat. Nuc. Mosch. Cortic. aurant. exteriorum recentium an. ℥j. Ciner. clavellat. ℥xvj. Incisa & contusa digerantur per noctem cum Spir. vin. vulgaris mensura una, postea additis ℞is ammoniaci cum ∇ a fontana soluti, ℥viij. lento igne destillentur, liquoris circiter ℥x. pro usu in vitro probè clauso reponendo. Uti ipsius Spir. ℞is ammoniaci usus nunquam satis laudandus neminem Medicorum hoc tempore amplius latere potest, atque paucis etiam in Pharmacopœa nostra fuit indignatus: ita oleosis aromatum particulis imbutis majores in quibusdam affectibus spondet vires; quas imprimis in suo liquore volatili oleoso, succineis, aliisque aromaticis partibus variè imprægnato, D. Franciscus de le Boë, Sylvius, Professor publicus olim Lugduno-Batavus nobilissimus, maximo cum fructu & multa experientia cognitas habuit, ipsam tamen præparationem sibi secretam reservans, quam alii deinde diversimodè imitati, diversas etiam descriptiones protulerunt. Quorum exemplum secuti, hanc nobis usualem esse voluimus. Vid. corp. ph. p. 419. b.

Lohoch ad Asthma P. A. V.

℞. Scille pp. ℥B. marrub. hyss. an. ℥j. ireos ℥ij myrrh. croc. an. ℥B. mell. q. s. F. L. tussim etiam & senum diff. resp. levat. Vid. corp. ph. p. 528. a.

Nn 5

Lo-

Lohoch cassiæ pro clysterib.

Schreud.

℞. Herb. malv. mercurial. pariet. viol. betæ abs. an. m̄j.
coq. in l. q. aq. ad ℥iv. adde pari pondere medull.
cass. mell. desp. an. F. L.

Lohoch de Gaulibus P. A. V.

℞. Succ. caulium rubr. ℥j. croc. ℥ij. sacch. mell. an.
℥ss. M. & F. L. in Rauced. Vid. corp. ph. p.
528. a.

Lohoch seu Diacodion Crocatum

Minschri.

℞. Cap. papav. alb. cum seminibus nu. xxj. Siliquar. dulc.
abjectis granis. Rad. Glycyrrhiz. rasa an. ℥ij. Sem.
Bombacis, Altheæ, Cydoneor. Gran. Myrti an. ℥ss. Fr.
cum pinguium, Dactylorum, Sebesten, an. num. xj.
Flor. Malva arb. rub. Violarum, faces, an. ℥ij. Coq.
in l. q. aq. fontane, ut est artis, postea ℞. Colatura
℥ij. Sacchari candi rosat. Penidiorum an. ℥ss. F. Sy-
rupus crassus, cui circa finem adde Syrup. è succ. flor.
papav. errat. Jujubini, an. ℥ij. Ext. Croci Or. ℥ss.
Misceantur & flamma imbecilli ad mellis consi-
stentiam coquantur, & cum Gallia Moschata vera
℞j. aromatizentur.

In omnibus destillationibus seu defluxionibus calidis,
tenuibus, acribus ac salsis, à capite, in Thoracem & a-
speram arteriam, continua tussi insomnia facientibus,
secretum est. Vid. corp. ph. p. 528. a.

Lohoch de Farfara. P. A. R.

℞. Rad. farfara seu tussilag. ℥j. coq. in aq. ad mollit.
cont. & col. addendo mell. ℥ij. coq. ad just. consist.
Pectori conv. Vid. corp. ph. p. 525. a.

Lo.

Lohoch Pectorale Zuvelff.

Re. Rad. Ireos florent. ℥i℥. Liquiritia ℥i. Passularum majorum ℥ij. Dactylorum num. xii. Insubarum num. xxx. Siliquarum dulc. ℥ij. Coquantur minutim incisa in l. q. aqua simplicis ad remanentiam ℥i℥. decoctum coletur & probè clarificetur, cujus accipe ℥℥. Item: Nucleor. Pinear. mundat. Amygd. dulc. decort. an. ℥i℥. Semin. melon. excortic. Papav. albi, an. ℥vi. Fiat ex iis l. a. emulsio crassissima per cribrum setaceum cogenda & transmittenda, quâ interim servatâ, accipiatur residuum decoctum, & cum Sacch. Can. alb. ℥i℥. coquatur ad consistentiam ferè tabulati, cui tandem ab igne remoto adde Emulsionem superius factam. Item: Pulv. rad. Ireos ℥i℥. Liquiritia ℥℥. Amyli ℥vj. Fiatque Lohoch.

Salubre Medicamentum est in Tussi recenti & antiqua, non minus etiam in phtisi fructuosè adhibendum, *Vid. corp. ph. p. 526. a.*

Lohoch Pectorale Minsf.

Re. Syrup. pectoral. simpl. nost. composit. an. ℥ij. Lohoch de Rad. farfara, Sani & expert. an. ℥i. Man. Christi anisat. ℥vi. Spec. Diarrhod. abb. ℥℥. Zingib. de Bingala con. ℥i℥. Misc. & fiat, ut est artis, Lohoch pectorale.

Certissimarum est virium, ad tussim quamcunque & raucedinem à frigore vel pituita crassa in thorace & pulmonibus contenta ortam. *Vid. corp. ph. p. 526. a.*

Lohoch de Papavere Mes. P. A. V.

Re. Pap. alb. ℥xxv. amygd. d. nucl. pin. gum. arab succ. glyc. an. ℥x. amyli ℥i℥. sem. portul. lact. cydon. an. ℥iv.

Ziv. croc. ℥j. sacch. penid. ℥iv. syr. pap. ℥iij. omnia concisa & cont. excip. syr. pap. F. L. Vid. corp. ph. p. § 28. a.

Lohoch Passulatum de Spina.

℞. Pulp. passul. ℥j. conserv. rad. enul. ℥ij. spec. diatr. simpl. ℥iij. syr. liquirit. q. s. F. Lohoch. Pectorale.

Lohoch Passulatum Schræderi.

℞. Pass. min. ℥iv. sacch. cand. ℥ij. aq. scab. fernic. fars. an. ℥ij. F. Loh. in Tussi. Vid. corp. ph. p. § 27. a.

Lohoch Passulatum P. A. V.

℞. Rad. pæon. ℥iv. hyss. meliss. ceterach. an. mß. glyc. ℥℞. coq. in f. q. aq. col. c. expr. adde Pass. min. contul. ℥ij. coq. col. add. sacch. ℥ij. F. L. in Epil.

Lohoch de Pincis Zvvelff.

℞. Nucleor. pineor. ℥xxx. amygd. dulc. avell. assaz. trag. gum. arab. glyc. succi ejusd. amyli cap. ven. ireos an. ℥iv. dactyl. ℥xxxv. amygdal. am. ℥iij. mell. passul. sacch. alb. butyr. rec. an. ℥iv. mell. ℥iij. ℥ij. F. L.

Lohoch de Portulaca Zvvelff.

℞. Succ. portul. ℥ij. croch. de terr. lemn. ℥ij. carabe gum. arab. sang. drac. an. ℥j. lap. hæm. pilor. lep. ust. an. ℥ij. sacch. alb. ℥ij. F. L.

Lohoch de Pulmone vulpis P. A. R.

℞. Pulm. vulp. sic. & pp. succ. glyc. cap. ven. sem. anis. san. an. ℥j. sacch. clarif. ℥xv. F. Loh. Vid. corp. ph. p. § 25. a.

Lohoch de Pulmone vulpis Zvvelff.

℞. Rad. liquirit. ir. flor. an. ℥vj. herb. cap. ven. pulm. macul. an. mij. coq. incisa in aq. f. q. ad reman. ℥ij. decoct. col. & clarif. additaque sacch. can. alb. ℥ij.

℞j. coq. ad fyr. consist. addendo pulm. vulp. succ. & pp. ℥i℥. rad. ir. flor. ℥j. liquir. sem. anis. sœn. an. ℥℥. M. F. Lohoch. *Vid. corp. ph. p. § 25. a.*

Lohoch Antiphthificum *minsichti.*

℞. Diacodii crocat. nost. ℥iiij. Loh. Sanu & expert. de Pulmon. vulp. an. ℥ij. Rot. pectoral. albar. Citrinar. rubrar. an. ℥j. Syr. pectoral. simpl. nost. compos. an. ℥vj. Zingib. de Bingala cond. ℥℥. Spec. Diarrhod. Abbat. Diamarg. frig. an. ℥ij. Misc. & cum Emulsion. Sem. Papay. alb. cum aq. Pulm. Viruli fact. ℥i℥. F. flamma imbecilli justæ consistentiæ Lohoch.

In Phthisi, Asthmate, Tussi, Pleuritide, Catarrho, raucedine vocis, cæterisque Thoracis & pulmonis vitiis, &c. valdè est efficax. *Vid. corp. ph. p. § 28. a.*

Lohoch Rosatum *minsichti.*

℞. Conf. rosar. rub. cum Sp. Sulphuris tinct. ℥iiii. Lohoch. de rad. ruffilag. cum saccharo parat. ℥ii. Spec. Diarrhod. abb. ℥i. Lact. Sulphuris ℥℥. Boli rub. or. præp. Succ. Glycyrrhiz. ext. an. ℥ii. Croci Or. præp. ℥i. Flor. Benzoini, Cardamomi min. Macis, an. ℥℥. Ol. Rosar. veri, gr. iv. Misc. & cum Syrup. pectorali simpl. nost. F. Lohoch.

Diurnæ tussi, raucitati, pleuritidi, &c. confert & auxiliatur. *Vid. corp. ph. p. § 27. a.*

Lohoch Sanum & expertum *P. A. R.*

℞. Cinamomi, Hyssopi, Calaminthe, Ireos, Semin. Anisi, Feniculi, an. ℥℥. Capillorum Veneris an. M. j. Macerentur per xxiv. horas in aqua fontanæ ℥ii. postea destillando abstrahatur circiter ℥ii. cum qua ex Pinearum mund. ℥v. Amygdalor. dulc. ℥iii. fiat Emulsio, & solvendo in ea Sacchari albi ℥ii. ad.

additisque pulveris *Glycyrrhiza*, *Tragacanthi* & *Gummi Arabici*, *Amyli*, an. ℥iij. *Ireos* ℥ii. optime misc.

Tussi, vocis asperitati & raticedini à frigiditate natae auxilio est, crassos itidem in thorace & pulmone humores incidit & attenuat; morbis tamen calidioribus, ut & tussi calidae, suspectum. Vid. corp. ph. p. 524. a.

Lohoch de Scylla *Zwelff*.

℞. *Scylla* prep. ℥i℥. *Caparum* nostr. recent. ℥j. Hæc immergantur in aceti florum *Tunica*, *Sambuci*, an. ℥iij. Facta per biduum maceratione, colentur: colaturæ adde: *Sacchari albi can.* ℥i℥. ac una ebullitione confice *Syrupum* spissioris consistentiæ, addendo *Mellicis purissimi* nunquam cocti aut despumati ℥iij. *Elaosacchari Cinamomi* ℥j. Fiat Lohoch.

Incidit & attenuat materiam crassam, quæ in thorace, atque pulmonibus continetur, asthmaticis & difficulter spirantibus magnæque, puris & lentæ pituitæ copię excernendæ emolumento est. Vid. corp. ph. p. 529. a.

Lohoch Violatum *Mins*.

℞. *Conf. violar. rec.* cum *Elix. Sulph. nost. tinct.* ℥iij. *Lohoch Sani* & expert. ℥ij. *Spec. Diamargarit. frig. Diareos simpl.* an. ℥℥. *Flor. Sulphuris compos. Ext. rad. Glycyrrhizæ.* an. ℥ij. *Croci Orient. prep. Styrac. calamit.* an. ℥j. *Ol. Hyssop. & Benzoin.* an. gr. ij. m. & cum syr. pect. comp. n. F. L. pect. Experimentum est in *Tussi Asthm. Phthisi Dyspn. orthopn.* Vid. corp. ph. p. 527. a.

Lixivium Antiasthmaticum *Mins*.

℞. *Rad. glyc. ras. ireos flor. enul. camp.* an. ℥℥. *suc-*

succin. citri thur. alb. gran. myrti an. ℥iij. herb. saly. min. beton. hyss. orig. an. ℥ij. sem. nigell. carvi an. ℥ib. flor. cham. ros. r. pap. err. anth. an. ℥j. condita faculo coq. in lixivio dulci postea clarif. & serv.
Vid. corp. ph. p. 446. b.

Lixivium Benedictum Minsichti.

℞. *Ciner. lig. & exterm. frond. Juniperi, Artemisia rub. Genista fabarum adhuc in paleis, Absynthii, an. ℥j. Et cum vini albi potentis ℥. q. Fiat l. a. Lixivium; quod aqua intercute laborantibus singulariter prodest; efficacissimè enim aquam per urinam expellit, quo auxilio multos hydropicos nullo alio adhibito remedio diebus aliquot sanavimus. Dosis manè est stomacho jejuno ab ℥ij. ad ℥iij.*
Vid. corp. ph. p. 446. b.

Lixivium sive Aqua Calcis vivæ.

℞. *Calcis viva optima & recentis ℥b aliquot, immittantur vasi stanneo, & sensim affundatur aqua pluvia quantum satis videtur, ut ad dissolutionem disponi queat; demum reiteratis vicibus nova instilletur aqua, donec sic sensim aqua calcis quatuor aut quinque digitis superemineat, interim rudicula lignea sapius commovendo, ut calcis pars salino-spirituosa in aqua ritè dissolvi queat, tandem subsistentia facta decanteretur, aqua supernatans, in lagenis vitreis asservanda ad usum. Potest etiam fieri hæc aqua per coctionem, sic citius resolvitur.*
Vid. corp. ph. p. 67. b.

Lixivium Cephalicum.

Fiat Lixivium ex cineribus origani, vel alterius herbæ odoratæ, quæ copiosè haberi potest. In talis lixivii mensura una decoque sequentes species;
v. g. Herb. Saly. Meliss. Majorana, Serpilli, an. M. j.
Flor.

Flor. Lilior. convall. Rosar. rubr. Meliloti, Lavendula, asi.
M.B. Folior. Sena ʒʒ. Radic. Irid. flor. ʒʒ. Decocto co-
lato caput lavetur, tùm verò linteis calefactis probe
exsiccecur rursus. Vid. corp. ph. p. 446. b.

Lixivium Cephalicum Minsichti.

ʒ. *Fol. sen. el. ʒvj. rad. ir. fl. sem. carus. an. ʒiij.*
herb. euphrag. c. flor. verben. majoran. rorisim. saly.
orig. an. ʒiij. agar. alb. ʒiʒ. fl. stach. citr. cham.
ros. rub. cheiri an. ʒj. m. & incisa coq. in lixiv. bono,
postea clarif. Vid. corp. ph. p. 446. b.

Lixivium Benedictum Vienneſe.

ʒ. *Herb. abs. cardb. agrim. soldanell. genist. c. toto an.*
m. iv. summ. Junip. c. toto m. viij. combur. & cum
aq. font. F. Lixiv. col. ʒiij. adde syr. de alth. ʒ. rad.
ap. an. ʒiij. sp. sal. Div. usurp. in calc. ren. & vesic.
dosis ʒiv.

Lixivium Diureticum Mins.

ʒ. *Herb. Linaria cum flor. Genista, cum flor. Ebuli*
cum toto, Fol. Sambuci cum frond. an. l. q. Fiae
cinis, ut est artis, ex quo postea cum Vini Rhena-
ni l. q. præparetur lixivium clarum, quod forti-
ter hydropicorum aquas per urinam expellit, &
aliàs, in Dysuria, ischuria, secretum est. Dosis
ab ʒij. ad ʒiij per se vel in vehiculis specificis.
Vid. corp. ph. p. 447. b.

Lixivium Diureticum aliud.

ʒ. *Tartari ad nigred. calcinati q. l. cum aqua Petro-*
selini fiat lixivium, cui infunde Cort. aurant. pp.
Tandem colatura detur ad cochlear. & ultra, sic
fabulum in renibus resolvit, & pellit. Vid. corp. ph. p.
68. b.

LIXIVIUM. MAGISTERIUM. 577

Lixiv *sive* Baln. medicamentosum *Minsf.*

℞. Lap. medicament. ℥iij. Aluminis plamosi ℥ij Cort.
int. virid. Sambuci ℥ib. Herb. Ebuli ℥j. Artemisia,
Pentaphyll. Hyperici, Anethi, Callitrich. ana ℥vj.
Ciner. lig. Guajaci, Sal. communis, ana ℥℔. Coq. in
aq. fluviali pro Balneo pedum. Transfundatur in
vas, in quo pedes consistere poterunt. Hi autem al-
tè lavatro insistent; sic tam in Scorbuto, quam aliis
morbis &c. tumores pedum depellit; Sed immo-
randum ad horas duas, vel tres, & continuandum
triduum vel quatrimum manè stomacho jejuno;
postea abstergantur pedes linceo. *Vid. corp. ph. p.*
447. b.

Lixivium sapientie *Minsfichi.*

℞. Rad. caryophyllat. pyretbri asari visc. querc. ana ℥i.
oliban. succin. citr. à ℥℔. Herb. rorism. majoran. meliss.
orig. fol. salv. lauri ana ℥ij. flor. lavend. ros. rub. peon.
beton. prim. ver. ana ℥i. bull. in lixiv. dulci. Pro me-
moriam. *Vid. corp. ph. p. 447. b.*

Lixivium Tartari *Minsfichi.*

℞. Tart. alb. ad nigred. calcin. q. v. f. cum aq. pluv. dest.
lixiv. in quo bull. cort. aurant. & col. claram & tin-
ctam ad usum reservà. in calculo ren. & vesic. usurp.
Vid. corp. ph. p. 447. b.

M.

Magisterium Aluminis *Schræderi.*

℞. O crud. ℥vj. coquatur in fictili amplo, ut evaporet
phlegma, tandem calcina, ut penitus candescat.
Hinc injiciatur in ☉ illud candens: sic extrahet
☉ essentiam seu Magisterium, residente terra al-
ba, (quæ aqua ferventi abluenda, & servanda) ☉
illud imprægnatum filtra & abstrahe in M. B. ad
Mellis consistentiam; Turc. exponatur frigido ad

○ ○

cry-